

IV.

B e r z e i c h n i s der Güter und Einkünfte des S t i f t s S S . P E T R I E T A N D R E A E z u P a d e r b o r n .

Aus einer alten Handschrift desselben,
mitgetheilt von
Dr. Heinrich August Erhard.*)

Rescriptum priuilegii Meinwerci episcopi super
prediis, decimis ac aliis Bonis ecclesie nostre
ab ipso collatis.

I N HONORE SANCTE TRINITATIS ET INDIVI-
DVE VNITATIS. Notum sit regie potestati omni-
que pontificali dignitati cunctoque ecclesiastico or-
dini, vniuersoque populo christiane fidei signato,
quod ego Meinwercus peccator, anno ab incarnatione
Domini Millesimo Trigesimo sexto, licentia Serenis-
simi imperatoris Conradi, ac Consensu Maguntini
archiepiscopi Bardonis, Coloniensis archiepiscopi

*) Diese Handschrift, gemischten Innhalts, kam im Januar 1840 in einer Auction in Münster zur Versteigerung, wo ich leider den obigen Bestandtheil derselben zu spät entdeckte, um sie noch anzukaufen zu können, jedoch noch Zeit fand, um davon Abschrift zu nehmen.

Hermannii, Wercebburgensis episcopi Brunonis, cepi construere ecclesiam extra Patherburnensem ciuitatem in orientali parte positam, ad similitudinem sancte iherosolimitane ecclesie, et ob honorem sancte Dei genitricis et perpetue uirginis MARIE, ac Beatorum apostolorum Petri et Andree, pro illa obtinenda celesti Iherusalem. In hac autem ecclesia canonicos Deo seruientes congregauit, quibus uictum et uestitum de propriis bonis ministrauit. In die autem sanctificationis ecclesie benedictione peracta, ante Missarum sollempnia, sermone ad populum finito, more aliarum ecclesiarum Deo consecratarum, dotaui eam, dans curtem unam in Thelden, quam ex hereditate paterna possedi, duas precarie acquisitas, vnam in Wellethe, alteram in Esbike, et unum vorwerc in Essike, vnam curtem in ualle. Quia uero de predio in confinio tantum non habebam, ut sufficere posset ad usus ecclesie ac Deo seruientium in ea, consilio fidelium meorum accepto, decimas subterscriptas de dominicalibus curtibus ad me pertinentibus eidem ecclesie dedi. Quarum prima est Enenhus et Tredecim voreuuere ad eam pertinentes. Stidenen. Benedeslo. Colstide. Dedinchusen. Heddinchusen. Dalen. Henkeldere. Hylamare. Suaueren. Barchusen. Brochusen. Balhornen. Patherburna. Suthem et tres voruuerc ad eam pertinentes. Kercthorp. Holthem. Syuardissen. Nyenhus et Quatuor voruuerc ad eam pertinentes. Elesen. Ascha. Burch. Tune. Bekena et Quatuor voruuerc ad eam pertinentes. Orlinchusen. Meginehusen. Burchusen. Hepyn. Ykamanninethorp. Bykeseten et tres voruuerc ad eam pertinentes. Hyse. Vnrikissen. Ekama. Heligenkerken et duo voruuerc ad eam pertinentes. Aldenthorp. Bardinethorp. Lugethe et duo uoruuer ad eam pertinentes. Dodenbroke.

Breca. Hegenhusen et Quatuor voruuere ad eam pertinentes. Rothbagtissen. Berga. Holtisminne duo. Ogenhusen et sex voruuere ad eam pertinentes. Sandenebyke. Homa. Sastinethorp. Stenhem. Hardinethrop. Lo. Nyhem et Quatuor voruuere ad eam pertinentes. Malride. Leuerinethorp. Pumesen. Baddenhusen. Herstelle et Quinque voruuere ad eam pertinentes. Wergis. Thesle. Brecal. Heinriadassen. Buffesen. Dasburch et duo voruuere ad eam pertinentes. Dasburch. Ostnedere. Vuartberch et tres voruuere ad eam pertinentes. Vnum in ipsa uilla. Westnedere. Ostdagesen. Culete et tres voruuere ad eam pertinentes. Vnum in ipsa uilla. Vorste. Rothen. Hersuithehusen et tres voruuere ad eam pertinentes. Asle. Bylinchusen. Teuinibusen. Curyke et Quatuor voruuere ad eam pertinentes. Dalwie. Enshe. Item Enshe. Lenkeuelde. Uilese et unum voruuere ad eam pertinentem. Vernethe. Ebike que est iuxta Horste. Ipsi autem uillicis qui domos has predictas inhabitant, uel hiis qui post eos ponendi sunt, nichil omnino pretermittentes, nisi Quindecim iugera pro uestitu, alia uero que laborauerint in agro, uel nutrirent in domibus, tam propria sua que habent aut postea Deo annuente possessuri sunt, quam ad nostram potestatem pertinentes, quadrupedia siue pennata, more solito absque ulla contradictione addecimarent. Ut ergo nulla ex his praetermitterem, que mihi a Deo data erant, dedi etiam decimam in Synatha super armenta mea et super examina apum, fideliter Deo et domino Ihesu Christo sanctoque spiritui offerens uota mea. Si quis autem eorum qui uidentur hiis omnibus preesse, presumptuose hanc nostram traditionem per malam uoluntatem aut propter nequiciam cordis sui irritauerit, et secundum

nostram dispositionem decimam non dederit, dicens se non iuste daturum, et hoc a procuratore fratrum, uel ab ipso preposito loci, uel quod maius est a communi fratrum querimonia proclamatum fuerit, si ministerialis noster huius rei rector est, iuramento se in reliquiis nostris purgabit, si lito, iudicio ferri igniti synodali sententia se liberabit. Ne uero alicui successorum meorum non bone uoluntatis uiro, neque amorem Dei in corde suo retinens, mense sue stipendia diminuisse uidear, sciat has decimas me et de hereditariis et de acquisitis bonis centies restituissse. Ponebam etiam terminum ut unaqueque solet habere ecclesia, audiente clero meo, cunctoque populo congregato, nullo contradicente, sed magis uoluntati mee in omnibus consentiente, confitente uniuerso clero hec omnia sine ulla contradictione posse fieri, in primis uillam hanc que dicitur Asperthera, aliam que uocatur Hildelinhusen, terciam que uocatur Haxsuithehusen, Quartam Hohensile, que uulgari uerbo dicitur Queden, Quintam Esbegtinghusen. Super hec omnia cum non possent habere utilitatem ullam siluarum, potestate episcopali dedi eis in Benedeslo, et in Marchiis Thornethorum, Rentinchusorum, Hildelinhusorum, Aspetharorum, in una queque ebdomada pondera sex plaustrorum. Dedi etiam ad honorem et utilitatem ecclesie partem sundere mee in orientali plaga uie que uadit ab urbe ista usque in Esbegtinghusen. Sciat namque fidelis in domino frater nostri ordinis locum nostrum possessurus, omnisque ecclesia catholica, hiis literis

 et  a me priuilegium hoc signatum, propriis manibus meis sigillatum, peractaque benedictione sepulchri et altaris antepositi, Octauo kalendas

Junii, missa celebrata, filiis ecclesie traditum, ea uidelicet ratione, ut si quando tribulationem seu contradictionem harum rerum prenominatarum ab aliquo patiantur, scripturarum testimonio ueritas approbetur. Traditionem autem hanc, si quis successorum meorum aut consanguineorum, seu posterorum eorum a quibus precario partem quandam acquisieram, infringere uoluerit, Beatorum apostolorum Petri et Andree, et episcoporum Bardonis, Hermanni, Brunonis, quorum testimonium priori introduximus loco, nostroque banno, et omnium animarum Deo consecratarum, in secundo cum uenerit dominus unicuique operum suorum premia redditurus, cum Juda traditore anathemate feriatur perpetuo. Qui autem post instinctum Dei patris omnipotentis ex nostris interfuerent, quorum consilio auxilioque hec omnia perfecerim, paucis notabo nominibus. Sigehardus abbas Patherburnensis. Uino abbas Helmwordishusensis, qui mensuras ecclesie et sepulchri de Iherusalem apportauit. Hosadus prepositus matris ecclesie, et frater eius Vffo. Dodico decanus. Bouo prepositus loci istius. Becelinus Camerarius. Eppo dapifer. Eizo. Geylo fratres et pincerne. Eue et filii eius. Landico et Euf. Dudo. Tydman de Enenhus. Aldericus de Nyenhus.

Quod post mortem Meinwerci, Rotho de uita et prebenda nostra ordinauit.

Cum in honore domini nostri Ihesu Christi et Sancte Marie, Sancti Petri et Andree atque omnium Sanctorum, Meinwercus episcopus primum statueret hunc locum, preueniente eius morte, de communi bono quod destinauit ecclesie, non constituit quid cuique fratrum cottidie deberet dari, Successor autem

ipsius Rotho perspiciens desolationem nostram, morte prescripti patris, misericorditer nobis instituit ecclesiasticam uitam, ut sancte et honeste in domino uiueremus, ac ueneranter in seruicio eius stabiles essemus. Quapropter ex ipso bono constituit dari cottidie unicuique fratri unum nigrum panem, et in festis diebus ad hunc dimidium album, et unam hymminam plenam bone ceruisie, et ideo tam parum ut melior esset. In prima uero feria, et tercia, et Quinta, et Septima tres carnes bonas, aliisque feriis, scilicet Secunda, Quarta et Sexta, dimidium caseum. Preterea quotiens esset plenum officium, tocens dari tres carnes. In Quadragesima uero cottidie predictum panem et dimidium album, et Quinque alleces, et duo modia pisarum. In dominicis diebus, et in cathedra Sancti Petri, et in festiuitate Sancti Mathie, et annunciatione sancte Marie, et in palmis, predicos alleces, et Quinque oua, et dimidium caseum, et unum album panem integrum, et unum ferculum salmonis unicuique. Ad hec constituit ut per anni circulum tredecies fratres simul comedenter in reffectorio, scilicet in festiuitate Sancti Andree, In natuitate Domini, In purificatione Sancte Marie, et quando carnem debent deponere, In pascha, In ascensione Domini, In dedicatione ecclesie nostre, In Pentecosten, In natuitate Sancti Johannis Baptiste, In festiuitate Sancti Lyborii, In natuitate Sancte Marie, et in festo omnium Sanctorum. In eisdem festiuitatibus in unaquaque uigilia et in sancto die integrum album panem, et unum ferculum piscis, et Quinque oua, et dimidium caseum, et unam cuppam medonis, et in sancto die unum hendelingum. In ascensione Domini per illos tres dies, unicuique unum ferculum piscis, et Quinque oua, et dimidium ca-

seum, et dimidium album panem ad nigrum. In festiuitate Sancti Michaelis per singulos annos pro uestitu unicuique sex solidos, et tres Remel lini, et Quinque uellera lane, et dimidium corium bouinum, et unum polledrum. In pentecosten, et in festiuitate Sancti Lyborii, et in nativitate domini unum frustum Salmonis.

**Quod post tempora Rothonis omnia mutata sunt
in annonam et denarios.**

Post tempora beati Rothonis episcopi, statu temporis mutato, circumspecta patrum nostrorum prudentia, panem, carnes, et ceruisiam et alia uictualia que suprascripta sunt, in annonam et denarios commutauerunt. Nam cuilibet fratri emancipato dantur triginta sex Spikermaldera Siliginis, ordei et auene, et cuilibet puerili prebende decem et octo Spikermaldera Siliginis, ordei et auene, et ita duodecim maiores prebende et Quatuor pueriles accipiunt in summa Quadringenta quatuor Spikermaldera Siliginis, ordei et auene, et Quatuor Spikermaldera pise, nam quilibet frater emancipatus accipit duo Spikersepel pisi, Que faciunt in summa IIII or Spikermaldera.

De denariis quos annuatim dabit prepositus fratribus.

Preter annonam suprascriptam dabit prepositus fratribus hos subscriptos denarios. In festo Liborii fratribus emancipatis Tres Marcas. Scolaribus duos Solidos. Galli Quatuor Marcas. Scolaribus duos solidos. Thome Quatuor Marcas. Scolaribus duos solidos. In cathedra Sancti Petri Quatuor Marcas. Scolaribus duos solidos. In cena Domini tres Marcas. Scolari-

bus duos solidos. In ascensione Domini tres Marcas.
Scolaribus duos solidos.

Denarii piscium.

Pro piscibus. De Theldin in capite ieunii dabit prepositus fratribus XV. sol. Scolaribus et campanario unum solidum. In palmis item de Theldin octo Solidos fratribus. In annunciatione duos solidos. In Rogationibus tres solidos. In vigilia omnium Sanctorum unum Solidum. In vigilia Andree unum Sol. In vigilia Natiuitatis Domini unum Sol. In vigilia Epiphanie unum Sol. In cena Domini duos Sol. Summa denariorum pro piscibus Triginta Quinque Solidi.

Pro offerendis in nativitate Domini V. Solidos leues. In pascha XVIII. denarios graues pro offerendis. In anniversario Ymadi episcopi duos sol. In festo Petri et Pauli tres Sol. In festo Andree fratribus VI. Sol. In depositione carnium cuilibet fratri unum caseum et canstellum. Anserem et pullum. In cena Domini Quatuor pernas, una trium digitorum, tres duorum digitorum, uel redemptio secundum estimationem temporis. Eodem die ad cenam cuilibet fratri I. cuneum et nebulas, et duobus I. Bicarium uini. In pascha cuilibet fratri Septuaginta V. oua. Cum festum Petri et Mathie occurrit in XL^{ma}, cum autem extra XL^{mam}. occurrit Sexaginta V.

De prediis ecclesie nostre, et primo de predio Theldin, quid soluat.

Pedium Theldin cum suis pertinentiis soluit in festo Sancti Mychaelis triginta sex Solidos pro porcis. Andree XVIII. Solidos pro piscibus. In capite ieunii triginta sex Solidos pro piscibus. In palmis

viginti quatuor Sol. pro piscibus. In Rogationibus sex Sol. pro piscibus. Pro uectione duodecim Sol. Summa denariorum Sex libre et duodecim Solidi Dauentriensis monete, que ualet quatuor Marcas et quatuor Sol. Sosatiensis monete. Curia ipsa principalis Theldin soluit in annona viginti Malta Bracii ordeacei. Gemalen. Familia uero soluit octo Malta et dimidium Bracii. vngemalen. Item familia soluit Quindecim Malta Siliginis. Hec annona nostra computatione et consideratione modii ecclesie Sancti Petri exerescit usque ad centum Spikermaldera, hoc sunt triginta sex Padermaldera. Curia Theldin habet triginta domos. Viginti octo tantum soluunt fratribus pensionem. Ille de Ahus duas abstulit uiolenter, unam in Ruiclo, alteram in Drine. Que viginti octo domus soluunt in summa Centum Spikermaldera annone, et Quatuor marcas et quatuor Solidos.

De Esbike prope Scardenberch.

Pedium Esbike situm prope Scardenberch habet nouem Mansos, qui soluunt de decem et octo agris, qui uulgariter Morgene dicuntur, dimidiā partem illius annone, quam uulgas wintercorn nominat. De aliis uero agris terciam partem, nisi in certa summa conueniant cum preposito uel eius nuncio. Insuper decem et octo pullos et totidem uncias ouorum, et nouem porcos, uel quatuor Sol. et sex denarios.

De predio Wellethe cum suis pertinentiis.

Pedium Wellethe soluit Quinquaginta Spikermaldera Siliginis, ordei et auene, decem tritici, Quatuor pise. Soluit duos porcos adultos, unum pinguem duorum digitorum, et unum trium digitorum. In purificatione Beate Marie duos porcos qui dicuntur

Thenestuin. Duo Seruicia uel Sex Solidos. In pascha V. pullos et ducenta oua. In festo Sancti Lyborii V. pullos, Quinquaginta oua, et tres arietes. In festo Andree V. pullos et Quinquaginta oua. In nativitate Domini Quinque pullos et Quinquaginta oua. Habet mansum unum in Rothem, qui soluit Septem Spikermaldera Siliginis, et porcum pinguem duorum digitorum. Habet duos mansos Eriken. Ekehardus soluit de uno tres solidos. Alium dicebat se in beneficio habere, sed ipse numquam aliquid iuris habuit, nec heredes sui habent.

De curia Vesperthe cum suis pertinentiis.

Curia Vesperthe soluit decem Spikermaldera tritici, XVI. Siliginis, XVI. ordei, XVIII. auene, et tres Marcas Thome. In pascha agnum et centum oua. Liborii arietem. Tria Seruicia quando prepositus ibi celebrat synodum, uel tres solidos pro quolibet seruicio. Habet nouem mansos et dimidium. Mansus Vilese soluit XIII. Spikermaldera, ouem, agnum et poreum, et VI. den. Rinpenninke. *) Mansus Sinestop tantum. Item aliis Mansus Synesthorp tantum. Mansus unus Blikesen tantum. Mansus alias Blikesen VII. Spikermaldera, ouem, agnum, poreum minorem, et VI. den. Rinpennincke. Mansus Berchem III. Sol. et VI. den. Rinpennincke. Mansus Vesperthe II. Sol. villico, et preposito VI. den. Rinpennincke. Mansus Stalpe VIII. Spikermaldera, II. Sol., ouem, agnum, porcum, et VI. den. Rinpennincke. Item Mansus in Vesperthe, quem habuit Lefgardus, soluit XXX. denarios. Man-

*) VI. den. ist jedesmal über dieses Wort, anscheinend mit einer jüngeren Hand, geschrieben.

sus in Ren soluit III. Sol. Habet dimidium Mansum in Rekerinchusen, diu perditum et neglectum.*)

De curia Esbike prope Patberch cum suis pertinentiis.

Curia Esbike prope Patberch soluit XIII. horussepel, X. Siliginis, III. tritici, vnum pisi. Tria seruicia uel nouem Sol. tres oues cum totidem agnis, XII. Sol. pro duobus porcis. Habet septem Mansus in ipsa uilla. Duo soluunt VI. sol. et VI. horusscepel Siliginis. Quilibet aliorum quinque soluit tres horusscepel Siliginis, Ouem et agnum, Porcum uel quatuor sol. Vnum Mansum habet Ren. quem Gerlagus Thikeber detinet uiolenter et iniuste.

De curia Dale que dicitur Krumenhus.

Curia in Dale que dicitur Krummenhus soluit preposito XX. Spikermaldera, anserem, porcellum, V. pullos, et centum oua in Pascha. Fratribus Blasii duos sol., Petri et Pauli III. sol. In festo Andree preposito plaustratam desiccatorum lignorum, et fratribus Maioris ecclesie Marcam pro Seruicio.

Curia Danne quam habet Monasterium Hersuitehusen soluit preposito VII. Solidos.

Essike quod habet Monasterium in Breidelare soluit uiginti octo Spikermaldera auene et nouem solidos, et in pascha decem uncias ouorum.

Rieswithehusen quod item habet Monasterium in Breidelare soluit VIII. Solidos.

De Eysnen in Natiuitate Domini V. Sol. leues pro offerendis.

*) Eine viel jüngere, etwa dem 16. Jahrhundert angehörige Hand, hat hier hinzugefügt: Ne et totum depereat cavendum.

De Smegtten in pascha XVIII. den. graues pro offerendis.

De Rothwardissen III. Sol.

De Stalpe II. Solidos in annuntiatione Domini.

De Pensione septem decimarum ultra nemus.

Curia Nyhem soluit pro decima triginta Spikermaldera, tria tritici, Nouem Siliginis, Nouem auene, Nouem ordei. Unum Remel lini et unum arietem in festo Liborii.

Inferior curia Wartberch soluit pro decima vingtí duo Spikermaldera, IIII. tritici, VI. Siliginis, VI. ordei, VI. auene, vnum Remel lini, vnum arietem in festo Lyborii.

Superior curia Wartberch soluit pro decima XVIII. Spikermaldera, tria tritici, V. Siliginis, V. ordei, V. auene, unum Remel lini, et unum arietem in festo Lyborii.

Curia de magno Nedere soluit pro decima XXII. Spikermaldera, IIII. tritici, VI. Siliginis, VI. ordei, VI. auene, unum Remel lini, et unum arietem in festo Lyborii.

Curia de paruo Nedere soluit pro decima XVIII. Spikermaldera, tria tritici, V. Siliginis, V. ordei, V. auene, vnum Remel lini, vnum arietem in festo Lyborii.

Curia de magno Dasburch soluit pro decima XXII. Spikermaldera, IIII. tritici, VI. Siliginis, VI. ordei, VI. auene, vnum Remel lini, vnum arietem in festo Liborii.

Curia de paruo Dasburch soluit pro decima XVIII. Spikermaldera, III. tritici, V. Siliginis, V. ordei, V. auene, vnum Remel lini, vnum arietem in festo Liborii.

Septem ergo decime ultra nemus soluunt in summa Septem Remel Iini, et septem arietes in festo Liborii, et XXIIII. Spikermaldera tritici preposito, fratribus ad annonam prebendalem centum XXVI. Siliginis, ordei et auene.

Quid soluat decima curie Balhornen.

Curia Balhornen soluit pro decima X. Spikermaldera Siliginis, X. ordei, X. auene, II. pullos, vnum anserem, unum porcellum dimidii anni.

Curia Nienhus pro decima soluit Quadraginta tria Spikmaldera, tria tritici preposito, fratribus XIII. ordei, XIII. Siliginis, XIII. auene, vnum anserem, duos pullos.

Curia Burchusen pro decima soluit X. Spikermaldera Siliginis.

Curia Bekena pro decima soluit Quadraginta V. Spikermaldera, Quinque tritici preposito, XIII. Siliginis, XIII. ordei, XIII. auene fratribus. In pascha duos agnos bonos, et centum oua. In festo Lyborii duos arietes. In festo Mychaelis duos porcellos bonos, et Quinque pullos.

Curia Enenus adducet decimam suam in palea in horreum prepositi. preterea dabit preposito duos anseres, IIII. pullos, duos porcos minores circa festum Thome. In festo Lyborii alternis annis Bouem duorum annorum.

Summa annone de decimis citra nemus, Centum XX. Spikermaldera Siliginis, ordei et auene fratribus, Preposito VIII. tritici, preter decimam Enenus, que cum palea adducta quandoque ualeat Sexaginta Padermaldera, quandoque plus.

De decimis et bonis que prepositus conferre debet fratribus emancipatis.*)

Curia Sandenebike pro decima soluit XII. Spikermaldera, VI. Siliginis, VI. auene. II. den. et obulum pro minuta decima. (I. moldrum siliginis ad panem.)**)

Curia de inferiori Homa pro decima soluit VIII. Spikermaldera, et duos denarios et obulum pro minuta decima.

Curia de superiori Homa pro decima soluit VI. Padermaldera, VI. den., anserem et duos pullos. (I. mold. silig. ad pan.)

Curia Badenhusen pro decima soluit VIII. Spikermaldera. Pro minuta decima duos denarios et obulum. (I. mold. sil. ad p.)

Curia Pumesen pro decima X. Spikermaldera, duos denarios et obulum pro minuta decima. (I. et dimid. mold. silig. ad panem.)

Curia Heligenkerke pro decima soluit XVI. Spikermaldera auene, et minutam decimam. (I. mold. sil. ad p.)

Curia Hepen soluit pro decima VI. Padermaldera auene, porcum unius anni, II. pullos in festo Mychaelis, et aliam minutam decimam de nutrimentis animalium. (I. mold. sil. ad p.)

Curia Asle prope Wartberch soluit XXIII. Spikermaldera, X. ordei, X. Siliginis, III. tritici, VI. den. pro minuta decima, XL. Botones lini, ita quod Boto contineat in se quinque Ristas. (I. et dimid. mold. tritici ad p.)

*) Auch die einzelnen Posten haben ihre besonderen Rubriken, in die leeren Zwischenräume der Zeilen geschrieben, die aber, weil sie bloß die Namen der Höfe angeben, und zum Verständniß nichts beitragen, hier, der Raumersparniß wegen, weggeblieben sind.

**) Die eingeschlossenen Zusäze sind von einer jüngeren Hand mit sehr kleiner Schrift zwischen die Zeilen geschrieben.

Curia Syuardissen pro decima soluit **V.** maldera, porcum unius anni, **II.** pullos.

Curia Ikemanninethorp pro decima soluit **III.** Padermaldera et dimidium, **XVIII.** den. et obulum pro minuta decima. (**I.** mold. sil. ad p.)

Curia Stenhem prope **Sualenberch** **X.** Padermaldera, et duos denarios et obulum pro minuta decima.

Curia Hunrikesen pro decima soluit **VII.** padermaldera, **XII.** den. et duos pullos pro minuta decima. (**I.** mold. sil. ad p.)

Curia Bertinethorp pro decima soluit **I.** padermalderum auene et **I.** Siliginis, et minutam decimam.

Curia Ogenhusen pro decima soluit **XX.** Spikermaldera, **X.** Siliginis, **X.** auene, et **V.** den. pro minuta decima. (**I.** et dimid. mold. sil. ad p.)

Curia Meginchusen pro decima secundum quod potest conuenire cum domino decime, que ad minus soluit **V.** Padermaldera, **III.** auene, **I.** ordei, **I.** Siliginis, et minutam decimam. (**I.** mold. sil. ad p.)

Curia Herdineithorp pro decima soluit **XII.** Spikermaldera, **V.** Siliginis, **VII.** auene, **VI.** den., anserem et duos pullos pro minuta decima.

Curia Rothen pro decima soluit **XII.** Spikermaldera Siliginis. (**I.** mold. sil. ad p.)

Curia Sestinethorp pro decima soluit **X.** Spikermaldera, **V.** Siliginis, **V.** auene, et **II.** den. et obulum pro minuta decima.

Curia Dodenhroke pro decima soluit **XXX.** den. graues.

De uorwerc prope **Lugethe** **XXX.** den. graues.

Due curie **Holttesminne** **X.** sol. leues.

Curia Leuerinethorp pro decima **III.** Sol. graues.

De Koten prope **Leuerinethorp** pro decima **XII** den. graues.

Scune soluit tantum quantum curia Sestinethorp.
Desle quatuor solidos. Windelmoderode sex solidos.

Curia Osdagesen pro decima soluit IIII. Sol.
graves.

Due curie Holthem soluunt pro decima VII. pa-
dermaldera, I. tritici, II. Siliginis, II. ordei, II. auene,
XII. denarios uel arietem, et IIII. pullos in festo
Michaelis. (I. mold. tritici ad p.)

Curia Thune pro decima soluit VI. padermal-
dera, II. pullos, I. anserem, I. plaustratam feni.
(I. mold. tritici ad p.)

Curia Asle prope nemus, VIII. padermaldera.

Curia Heddinchusen pro decima soluit VIII. pa-
dermaldera, II. tritici, II. Siliginis, II. ordei, II. auene,
VI. den., IX. pullos pro minuta decima. (III. mold.
tritici ad p.)

Curia Henke secundum quod potest conuenire
cum domino decime, que quandoque ualet X. pa-
dermaldera, quandoque octo. Insuper pro minuta
decima porcum ualentem duodecim denarios, et duos
pullos in festo Mychaelis, et agnum in pascha. (II.
mold. sil. ad p.)

Curia Stidenen pro decima soluit VIII. padermal-
dera, anserem, II. pullos, porcellum ualentem
sex denarios. (III. mold. tritici ad p.)

Curia in ualle pertinens camerarie*) soluit pro
decima IX. padermaldera, I. tritici, II. Siliginis, III.
ordei, III. auene, IIII. plaustratas lignorum, XII. den.
uel minutam decimam. (III. mold. tritici ad p.)

Curia Brochusen pro decima soluit IX. padermal-
dera, II. Siliginis, II. ordei, V. auene, porcum

*) Die Rubrif sagt: Curia Camerarie maioris ecclesie in ualle.

unius anni, anserem et duos pullos in festo Michaelis, agnum in pascha, et decimam de aliis nutrimentis animalium, et de sex casis eiusdem curie VI. pullos et minutam decimam. (II. mold. silig. ad p.)

Curia Kerethorp pro decima soluit VII. padermaldera, I. tritiei, II. Siliginis, II. ordei, II. auene, Porcum unius anni, et minutam decimam de omnibus nutrimentis animalium. (I. mold. tritici ad p.)

Curia Benedeslo pro decima soluit V. padermaldera, II. Siliginis, II. ordei, I. auene, Porcum uel XII. den., Anserem et duos pullos. (I. mold. sil. ad p.)

Curia Kolstede pro decima soluit II. Sol. Elmelinchusen III. sol. Northem VIII. padermolder et unum tritici. (II. mold. tritici ad p.) Detmersen IIII. padermolder. (I. mold. sil. ad p.)

Curia Hilemare pro decima soluit VIII. padermaldra Siliginis, ordei et auene, et I. tritici, unum magnum Remel lini, et unam ouem. De hiis dantur fratribus IX. solidi. (I. et dimid. mold. sil. ad p.)

Bona Vesperthe soluunt annuatim III. Marcas et IX. Sol., XVII. pullos, unum Scepel de pultibus. De hiis dantur fratribus III. marce et tres solidi.

De obedientiis que decanus de consilio priorum conferre debet inter fratres.

Obedientia Siluesethe de quibusdam agris soluit II. maldera ordei et I. Siliginis, de quibus dantur fratribus duo solidi.

Obedientia Henke soluit XV. padermaldera, V. tritici, V. ordei, V. auene, VI. Sol., I. anserem, V. pullos, V. uncias ouorum. De hiis dantur fratribus XX. solidi. (V. mold. tritici ad p.)

Obedientia Algotinchusen soluit VII. padermal-

dera, IIII. Siliginis, III. ordei. De hiis dantur fratribus VII. Sol. (I. mold. sil. ad p.)

Obedientia Stalpe soluit XVIII. padermaldera, II. anseres, V. pullos, V. uncias Ouorum. De hiis dantur fratribus XVIII. Sol. (VIII. mold. tritici ad p.)

Obedientia Malride soluit X. Spikermaldera, et II. den. et obulos. De hiis dantur fratribus III. Sol. in die Marie Magdalene. (Zusatz einer jüngeren Hand: Item piscina cum suis agris. Item curia Borchof in Bracwede que soluit annuatim tres sol. denar.)

Obedientia Dalhem soluit V. padermaldera, ex hiis dantur fratribus V. Solidi. (I. mold. sil. ad p.)

Sulethe soluit obedientiario XI. padermaldera, anserem, V. pullos et V. uncias ouorum in pascha, III. Scokones Garbarum in die Liborii, et campanario III. maldera. De hiis dantur fratribus XI. Sol. (III. mold. tritici ad p.)

Synestorp soluit X. padermaldera, VIII. módios siliginis, IIII. maldera ordei, XX. modios auene, I. porcum uel XII. den., V. pullos, V. uncias ouorum. De hiis dantur X. sol., fratribus IX., Scolaribus V. den., canpanario I. den., ad candelam III. den., Maiori altari III. den. (I. et dimid. mold. sil. ad p.)

Barichusen prope Buren soluit IIII. Sol., fratribus III. Sol. et VI. den., et tribus uicibus II. den., I. altari I. ad candelam. Deberet insuper soluere I. arietem obedientiario.

Maior curia Thornethe soluit XI. padermaldera, III. pullos, III. uncias ouorum, et anserem. De hiis fratribus I. marca.

Minor curia Thornethe IX. padermaldera, IX. den., III. pullos et anserem. De hiis dantur fratribus IX. Sol.

Bona Bekenen soluunt VI. padermaldera, II. Si-

liginis, II. ordei, II. auene, V. pullos, Quinquaginta oua, II. plastratas lignorum. De hiis dantur fratribus **VIII.** Sol. (I. mold. sil. ad p.)

Curia Widinchusen pro decima **III.** Sol., II. pullos, et de manso ibidem V. sol. et VI. den., VI. pullos, III. uncias ouorum. De hiis dantur fratribus **VII.** sol.

Vpsprunken soluit **IX.** padermaldera Siliginis et ordei, preter unum modium, Anserem et duos pullos. De hiis dantur fratribus **IX.** Sol. (I. et dimid. mold. sil. ad p.)

Hardaradissen soluit **VII.** horuscepel, **III.** Siliginis, **III.** auene, I. ordei, XII. den., II. anseres, **III.** pullos, **V.** uncias ouorum. De hiis fratribus **VIII.** Sol. (II. mold. sil.)

Obedientia Stenhem prope Igenhusen soluit quoniam **XII.** moldra annone, modo sex, et I. solidum pro porco, **V.** vncias ouorum et **V.** pullos.*)

Ouergen**)

Quid pertineat Decanatu.

Decanatu pertinet decima curie Elnere, que soluit **VII.** padermaldera, I. tritici, II. Siliginis, II. ordei, II. auene, Porcellum ualentem **VIII.** den., anserem et duos pullos.

Decima curie Elsen, **VIII.** padermaldera, I. tritici, II. Siliginis, II. ordei, III. auene, Porcellum ualentem **VI.** den., anserem, **III.** pullos.

Decima curie Suaueren, VI. padermaldera, I. tritici, I. Siliginis, II. ordei, II. auene, porcellus de **VIII.** den., anserem, II. pullos.

*) Dieser Satz ist von einer jüngeren Hand eingeschaltet.

**) Hier scheint etwas ausgerichtet zu sein,

De Withinkeshusen XV. den. De Siluesethe XII. den. De Upsprunken II. Sol., in festo Michaelis anserem et duos pullos. De istis decanus procurabit candelam in dormitorio dominorum. Preterea prepositus dabit decano in pascha pingesnede unius porci. III. Sol.*)

Quid pertineat Scolastrie.

Scolastrie pertinet decima Selminchusen, que soluit X. spikermaldera, et de Bilinchusen IIII. sol.**)

Quid pertineat cellerariae.

Cellerarie pertinet decima curie Barichusen super Synatha, que quandoque soluit VI. padermaldera, III. auene, II. Siliginis, I. ordei, et minutam decimam, et de agris Grute que pertinent Barichusen I. et dimid. maldum auene.

Quid pertineat cantorie.

Cantorie pertinet decima Beddinhusen, soluit padermaldera II. Siliginis, II. ordei, II. auene, et minutam decimam.

Quid pertineat custodie.

Custodie pertinet decima Brochusen, que soluit VIII. padermaldera, XVIII. den., II. pullos, VI. Scokones Garbarum. Decima Ascha, que soluit IIII. maldera et I. tritici, XII. den., II. pullos. Decima

*) Hier scheinen mehrere Worte ausradirt zu sein. Getrennt von den übrigen steht, von anderer Hand geschrieben: Natuitatis Xpi.

**) Von einer viel jüngeren Hand ist hier beigefügt: Reliqua vide in Statutis.

curie Burch, V. padermaldera, XII. den., II. pullos.
 De Henkeldere obedientia maioris ecclesie I. pader-
 maldera Spelte, pro quo dantur uillico II. candele
 in purificatione Marie, ita quod tres candele faciant
 unam libram. De Curbike. De Edinchusen.*)

Bon einer andern Hand ist noch beigefügt:

Curia Evinchusen prope Vrdorp soluit annuatim
 III. moldra, vnum silihinis, vnum ordei et duo
 auene, anserem et duos pullos, pro decima. Curia
 ibidem in vicino que dicitur Tome eragen soluit II.
 solidos in festo Lyborii etiam pro decima. Curia
 Weris prope Herstelle soluit VII. sol. leuis monete
 pro decima. Curia Hersuedehusen III. Solidos.

*) Die beiden letzten Posten sind spätere Zusätze.